

Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale,
Domini Domini Reuerentissime, Colendissimi!

am, quam Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale
Sub 23. Junij, Anni Currentis de Oratorio Gen.
tesienſium Incolarum Helvetica Confeſſioni addi.
torum Reuerenſe precipere dignabatur peragendam
Inquiſitionem, in Originali aduolutam obſequioſe
ſubmitto; debuissent quidem fors Teſtes ſuper punctis
a me preſcriptis ſingillatim conſtitui; quia tamen
hanc Inquiſitionem ab J. Cottu Congradienſi jam
ſubmiſſam eſſe intelligo, et quæ ad rem pertinent,
ex eadem patere ſufficienter videntur, Novam
peragendam non judicari; dixi ſufficienter pate.
re, quæ ad rem pertinet; Duo enim ſunt in qua.
ſtione, primum, an ipſorum Exercitium ſit lega.
le: alterum, an Oratorii Reſtauratio, et quidem
ex bonis, et ſolidis Materialibus, ipſis ſit ad.
mittenda? ipſi Genesienſes nullum in lege
pro Exercitio ſuo inuenerunt fundamentum,
et ideo ad ſolum uſum, ac Præſentiam, et ſemen.
tiam Regiam provocant; et verò nullum adpre.
fundamentum legalitatis Exercitij, clariſſime
inde evincitur, quod cum totus Cottus (con.
gradienſis, adeoque etiam Poſſeſſio Genes. 1681.
ſub poſteſtate Turcica fuerit in Benigniſſima
explanationis Leopoldina Anno 1691. edita et
1701. Turpiſ confirmata, favorem Art. 26.
Anni præſati 1681. nullatenus ſibi applicare
poſſit, prout nec nominatus habetur in hoc
Art. Cottus Congradienſis, ut adeo uſus, quem
pretendunt, illegalis potius abusus dicendus
ſit, qui ſed ideo Præſentia Regia, et ulteriori
Diſſimulatio.

disimulatione indignus est, quia absq[ue] injuria,
et prejudicio Dominantis Religionis ulterius
tolerari non potest, Minus Confirmari debet;
Reliqua rationes, quas pro edificando ora-
torio ex solidis Materialibus allegant, spe-
ciosae magis, quam fundatae sunt, exunda-
tione enim aquarum tantopere metuen-
dam non habent; tum facilius esset, ex
Interfurio Capitalis, quod pro Manibus
se habere dicunt, edificium reparare an-
nue, quam totum Capitale in Novum
edificium inferre. Illud tandem pla-
ne temerarium est, et audax, quod Sacer-
dotes libentius se relicturos asserant,
quam Oratorio Carituros, hoc enim est al-
tiores instantias cogere velle ad Gratiam
indebitam, quamvis periculum Nullum vi-
deatur, ut Terram tam utilem, ut illi possi-
dent, Dominum item Terrestrem tam bene-
volentem, ac illi habent, de facili relinquant,
et si relinquerent, nullus magis sentiret,
ac ipsi, cum facile eorum loco haberentur
alii, quamvis exempla Complura Contrarium
probeant, licet enim et alibi, et in his partibus
Exercitium Theatolicorum nulli legalitati in-
mixtum subinde sublatum sit, ideo tamem
in Sedibus suis Incola firmi permane-
rant, Sed hoc ulterius refutare Necessum
minus videtur; Evicta enim illegalitate
Exercitij, questio altera super solvitur,
ubi

ubi enim ipsam Exercitium Sublationi obnoxium
est, ibi nec separatis Oratoriorum admissenda,
multo autem minus indulgendum, ut Ora-
toriorum ex Solidis Materialibus erigatur, et
hoc modo id se ipsa solidetur quod per legem
subsistere nullatenus potest; Profecto quoniam
modum Sufficientes Gratias pro tanta dispi-
culatione, et Gratia Regia agere non possunt,
quod hactenus Exercitium illorum toleratum
et dispenationem sit, quod item Anno 1746.
admissum ipso, ut ex Crudis, seu non exister
Regulis Oratoriorum suum erigere potuerint,
ita longe Solidioribus ex Rationibus pro offi-
cio meo, et Pastoralis obligatione implere ego
possum, ut Exercitium Bentensiense velut
omni ex parte illegale simpliciter cum om-
nibus accessoris superatur, pro quo obli-
gatio diu officia Exceli Consilij Regij
Locum tenentialis patrocinium imploro,
me Eiusdem Gratias et favoribus debita cum
observantia commendans, maneo.

Exceli Consilij Regij Locum tenentialis.

Vacy die 19. Ibris
1760.

humilissimè obsequens
Leopoldus Episcopus Vindob.
Comes Eschenburg

17^a 7^{bris} 7^{bo} Jun 22 1766
Eui Relat

D. Cyprianus Vacziensis in Confor-
mitate Intimati sub 23^e Junij a. c.
emanati, peractam de Oratorio
gentilium Helvetica Confessionis
addictorum Incolarum, novum, et
ex solidis materialibus Oratori-
um admittere petentium, submitten-
do, eodem ex illegalitate Exercii-
tii, & usus minus phabiti, a petito
amoveri petat.

CRISTÓFOS LIVELTÁR
C. SIGILLIO

Ad Comis. Relat

4 +

Let 22 May 1766